BEDA VENERABILIS. PASSIO THOMAE ARCHIEPISCOPI CANTUARIENSIS. VITA CATHARINAE
Österreich, 12. Jh. Seite 81r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26370
Copyright: Admont, Benediktinerstift



81

tenere ꝓbatur. Hec dicente rege fauentes assidentes quique astantes maiores una cum mediocribus abdicata mundi perfecta institutione ad ea que melioria cognouerunt sese transferre festinabant. xvi.

Finito quoque conflictu ac soluta contentione Agilberchtus domum redit. Colman uidens spreta sua doctrinam sectamque eius de spectata assumptis his qui se sequi uoluerunt. id est qui pascha catholicum et tonsuram coronae. nam et de hoc questio non minima erat recipere nolebant. Scottia regressus est. tractatum cum suis quid de his facere deberet. cedit relictis Scottorum uestigiis. ad sua sedem redit. ut poterat iuxta obseruationem catholicae paschae. Facta est autem hec questio anno dominicae incarnationis. dc. lx. uii. quae fuit annus obitus regis. xxii. episcopatus autem Scottorum qui gesserunt in prouincia Anglorum annus tricesimus. Siquidem Aydan. x. et. vii. annis. finan. x. Colman tres episcopatum tenuere. Reuerso autem patriam Colmano. suscepit pro illo pontificatum Nordanhumbrorum famulus xpi Tuda. qui erat apud Scottos australes eruditus atque ordinatus episcopus. habens iuxta morem prouinciae illius coronam tonsurae ecclasticae. et catholicam tempus paschalis regulam obseruans. uir quidem bonus ac religiosus si pro modico tempore ecclam regens. Venerat autem de Scottia tenente adhuc pontificatum Colmano. et diligentem ea quae ad fidem ac ueritatem pertinent. et uerbo cunctos docebat et opere. Porro fratribus qui in Lyndisfarnensi ecclesia Scottis abeuntibus remanere uel maluerunt praepositus est abbatis uiri uir reuerentissimus ac mansuetissimus eiusque